



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Poggii Florentini Oratoris || Clarissimi, Ac Sedis Apo.||
Secretarii Opervm ||**

Poggio Bracciolini, Gian Francesco

Argentinae, 1513

VD16 ZV 12623

Leonardo Aretino iocosa tota

urn:nbn:de:hbz:466:1-14341

candia illustrabant: Sacra igitur quedam res cultu & veneratione digna / summa
 manitatis & bonarum artium studia: quorum ope & beneficio mortui vitam
 gloria & fama hominū sempiterna. At ergo ego cum te intelligam a deo inflāmas
 tum / ut etiam ceteros tuo exemplo incitare queas: non quidem te hortor / verum
 oro atq; obsecro: ut te eum esse memineris in quem multi respiciunt in quem oēs
 litterarum cultores summā spem posuerunt: existimantes te multis nostrorū ma-
 gnam auctoritatem & magnum decus allaturū. Subripias velim quotidie nego-
 cijs quæ undiq; impendūt aliquid temporis quod in studijs colloces: quo te ad res
 ctam viuendi rationem confirmes: ut cum venerit ætas / qua te rebus maioribus
 accōmodare queas / tunc illud in te oriatur quod refert noster Cicero in oratione
 pro Archia poeta / asserens: Cum ad naturam eximiam atq; illustrem / Qualis tua
 est / accesserit oratio quædam confirmatioq; doctrine: tum illud præclarū nescio
 quid existere atq; singulare / quale in Africana ac Leio multisq; alijs fuisse testa-
 tur. quos oro magis q̄ Cæsarem imitandos tibi proponas: sequens vestigia eorū
 qui legendi curam cum negocijs cōiungentes / omni vitio & turpitudine caruerūt.
 Vale: & me ama, Bonon.

Cicero

Poggius florentinus Leonardo Aretino S.D.P.

tota iocosa.

Cum essem pridie in cæcellaria / accessit ad me Antonius luscus vir doctissimus
 qui a derata: ac plane subridens / manūq; ostendēs / aperiensq; hoc hodie inquit pro-
 ter spem & opinionem lucratus sum. Erant em̄ in eius vola grossones octo. Quæ
 cum unde / aut qua via aduenissent percontarer: Modo inquit accessit ad me sa-
 cerdos quidā: secretoq; me alloquens / ait quendā cuius nomen reticebat honoris
 causa / se adisse: dixisseq; in confessione / fraudasse sese quondā Ioannis tempore
 pape / cuius tunc erat secretarius: de cōmunibus proventibus a deo / ut uniuscuius-
 iusq; portio essent octo: quos fatebatur restituendos. Cui cum sacerdos metū in-
 ceret religionemq; homo conscientia rei permotus / pecuniam euectigio reddidit
 distribuendā quibus deberet. Itaq; partem suam tradidisse: & item reliquis se no-
 mine illius faus esse facturū. Hic ego effusus nisi hominis scrupulosam mentem
 superstitiosa m̄q; religionem. Quid em̄ periculi fuerat: parvam offam ex eorū ore
 detrahi / qui ipsi bestiam integram deglutissent. Sed heus tu Antoni in quā / doces
 bo alios octo lucrifacere. Dic te executorem testamenti Iob: & postula partem su-
 am quæ pro illius anima datur. Arripuit consiliū: statimq; proficiscens pecuniā
 reportauit. Tum ridibundus: dic in quā me Leonardi Aretini nostri negotiorū ge-
 storem: & eius portiunculā postula. nuncq; em̄ eam Florentiam usq; deferet: mos
 liusq; est iuxta lupi sententiā a nobis eam recipi / q̄ perdi ab Leonardo. Quid mul-
 ta postridie illos quoq; octo grossos potiti sumus. Hos ergo nūmos cum neque
 stitui consiliū esset: neq; agrum figuli placeret emere: non erat precium sanguinis /
 sed mendacij: decreuimus eos Baccho & Cereri consecrare. Itaq; cura demā data
 est Antonio lusco: penes quem nummi erant: ut in horto suo non conuiuiū inlra-
 eret / sed bacchanale: in quo & parētaremur Iob mortuo: & tibi vitio laudes ingo-
 tissimas persolueremus. Accepit igitur nos Antonius: Cinciiū primo: deinde Bar-
 tholomeū de monte peliciano: item be Bar dis. Conuiuiū fuit solēne / fuscum / stit
 ac iocis plenum: & quod pluris erat / vino optimo: quod nos loquaciores paulo
 reddidit atq; hilarit̄es. Primo sermo fuit de rebus serijs & quæ sapientiam redde-
 rent. Cum vero pusillum calefieri mensa cepit / in facetas primo sapientia conuer-
 sa est: tum etiam in clamores: qui tamen non excederent modum. Demum eden-
 do / potando / disceptando defelli discessimus: ita tamē ut mihi primū inuentio: Iob
 ius cōiuij gratias agerent qui affuissent: tum vero Antonio presentī. Et absentū

Cōiuij hi-
laritas.

precipue tibi / vellem ut hæc legens tantum caperes voluptatis quantum nos sum-
plimus edentes, satis enim abun de tibi factum existimarem. Sed tamen quantum
cumq; capias: eas recipies loco portionis tuæ: tibiq; satis factum putabis. Vale.
neq; ama ut soles.

Poggius florentinus Leonardo Aretino S.D.P.

Habui nuper litteras tuas: quas legi summa cum voluptate. Eas vero quas di-
cis te dudum ad me scripsisse / expecto summo cum desiderio: non ut cognoscam
causas istius molestissime dissensionis / quæ dediscende essent: sed propter eloquẽ-
tiam tuam. Eas si unq; habuisses / tibi profecto dudum respondiissem. Multarum
enim rerum sum negligens fateor: in respondendo autem litteris amicorum dili-
gentissimus: quod tibi satis notum puto superioribus temporibus / cum crebris epis-
tulis colloq;remur. Te ergo maiorem imodum oro: ut mittas mihi illas quæ tam
negligentes fuerunt inueniendo: ut vel sero percipiam ex eis quam cupio iocuns
ditate. Illius vero dissidij satis recte causam prospexi ex primis litteris quas olim
recepisti a Nycholaio: & cum essemus Florentie illud idem cognoui præfens / quod
absens concipiebam minus. Quod si quis est omnium qui hoc molestissime ferat: am-
borum causa is sum: qui noui q; bonis / q; sanctis principijs hæc inter nos fundata
atq; instituta fuerit amicitia: et deinceps longo tempore summis officijs & mutua
beniuolentia cõseruata. Sed ego nece culpa nec Nycholaum excuso. Id vero mo-
lestissimũ est: hanc vestram dissensionem veluti fabulam non nihil maculasse ambo-
rum famam. Ego satis noui naturam ac mores Nycholai: non nego aliquid in eo
esse quod corrigi posset. Sed quis est mihi Leonarde / cui non multa desint? Flaccus
inquã. Nam nemo vitijs sine nascitur. Optimus est ille qui minimis urgetur. Ho-
mo est Nycholaus mea sententia / qui citius duci posset q; trahi. Debemus suppor-
tare nos inuicem / iuxta præceptum Apostoli: & ut Seneca potius vult: honestate
christiãtem propter Catonem / q; dehonestare Catonem propter ebrietatem: sic
ego cuperem ut citius aliquam offensionẽ equo animo tulisses propter Nychola-
um: q; illum odisses propter offensionem / si qua in re te leserit præter ius amicitie.
Sed expecto litteras. Hæc scripsi non tanq; ferens sententiam: sed ut dolens ea quæ
acciderunt præter opinionem meam. Ego autem sum qui neq; auxerim meam er-
ga Nycholaum beniuolentiam: neq; aliqua in re diminuerim amorem erga te me-
um. Quod si diutius fuisset Florentie: forsitan perfecissem opus quod inceperam / licet
dudum. Vale.

Poggius Bornio suo Bononiensi iuriconsulto S.D.P.

Gaudeo mi Borni / doctrina & eloquentia tua in diem magis: cum videam te
prope accedere ad priscorum illorum dignitatem / in quibus cum iuris scientia ad-
iuncta erat summa dicendi grauitas ac elegantia. Audisti te nuper apud Pontifi-
cem in quadam orantem causa magna tum copia verborum / tum sententiarum or-
nata: qua in re sensi te laudari a multis: q; unus præ cæteris ad cognitõem legum
addideris & eloquentiæ ornamenta. Pulchrum enim est: quod sentias posse copiose
ac eleganter exprimere, quod si qua in facultate requiratur: at maxime in iuris
scientia: quæ in tuendis causis expugnandisq; aduersarijs versatur / iure quodã
suo videtur exposcere: cum sine oratorijs ornamentis nuda quædam res extime-
tur atq; incondita / nulla cum venustate. Hoc adeo verum esse aiunt: ut doctores
hi qui remota eloquijs strauitate causas agunt / magis strepere q; loqui putent. Te
vero / quem utriusq; rei ita summam operam impendisse videmus: ut & recte cons-
ulere / & ornate loqui possis: confido si hoc aduocacionis munere persequeris /
summum nomen & opes cõsecuturum. Excelles quidem inter alios: si ad doctri-
nam quæ est eximia / adiungatur usus optimus omnium rerum. Verum cum cætes-
ra in te laudanda sint: tum vero illud in primis / pro q; pcepta priorum temporum his-
toria verissime dijudicas ac ppendis illustrum virorum pstantiam qui hæcenus cla-
uerunt. Nam cum pridie pro nra cõsuetudine varijs de rebus colloq;remur: laudat